UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Inanem omnem laborem esse, qui non ad [a]eternam vitam referatur. 43.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50828

Visual Library

Inanem omnem laborem eſſe, qui non ad ęternam vitam referatur.

43.

VT mala gens lapſum ſtuduit ſibi condere manna,
Protinus enatis vermibus eſca fuit.
Excipienda mihi ſunt tantùm ſabbata: nam tunc
Nil epulas poterat vermis in æthereas.
Dic mihi cur illis ſeruatur manna diebus,
Per reliquos pereat cum tamen vſque dies?
Diſcimus hinc rectè, quòd nil, niſi tendat ad æuum
Eſt tibi certa quies, vtilitatis habet.

SCHOLIA

Vt mala gens) Auguſtini 91. ſerm. de temp. hæc verba ſunt: Si quid hîc boni operis acquiras, ſi quid iuſtitiæ, miſericordię, & pietatis recõdas, hoc tibi in futuro ſeculo erit cibus. Denique hoc & Apoſtolus admonet dicẽs, Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet *Galat. 6* Quid ergo agimus nos, qui magis illud recondere volumus, quod corrumpatur, non quod

permaneat & perduret in cra
num, id eſt, in futuro ſeculo.
tes auari & cupidi hæc recõdi
quæ in hoc ſeculo, imo cum
culo, corrumpuntur. Qui au
bona opera recondunt, illa
Exod. 16 maneat vſque in craſtinum.
nique ſcriptum eſt quod qu
fideles fuerunt, ſeruauerun
manna, & ebullierunt ex eo
mes, & computruit. Illud au
quod pro die ſabbati recond
tur, non eſt corruptum, ne
vermes ebullierunt in eo,
permanſit integrum. Et tu er
ſi propter præſentem vitam
tummodo, & propter amo
ſeculi theſaurizes, continuò
mes ebulliunt. Denique au
peccatoribus, & his qui præ
Eſa. 66. ſeculũ diligũt, quid Prophet
cat: Vermis, inquit, eorũ nõ
rietur. Iſti ſunt vermes quos g

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rat auaritia: iſti sũt vermes quos generat diuitiarũ cæca cupiditas his, q habẽt pecunias, & vidẽtes in neceſſitate fratres ſuos claudũt ab eis viſcera ſua. Propterea & Apoſtol⁹ dicit: Diuitib⁹ autẽ ſeculi huius pręcipe nõ ſuperbè ſapere.

Quàm ſit arduum cupiditatibus imperare.

44.

Fœnoribus quidam tot ſeſe obſtrinxerat olim,
Nulla quies vt ei nocte diéque foret.
Creditor inſtabat namque vnus & alter in horas:
Nec, quò ſe planè vertere poſſet, erat.
Credita perſoluit tamen hic cum fœnore tandem
Omnia. ſic miſero parta labore quies.
Parta quidem, haud obtẽta tamen: nam creditor vnus,
Vſque licet capiens, vſque moleſtus erat.

SCHOLIA.

Fœnoribus quidam) Cũ ſenex quidam, vt refert Caſſianus à philoſophis quibuſdã vt ruſticus exagitaretur, huiuſmodi problema illis ſoluendũ propoſuit. Multis, inquit, creditoribus pater meus me dereliquit obnoxiũ: cęteris ad *Collat. 5. cap. 21.*